

- sententiam receptum esse quod Assassinium verè committitur quoties adest mandans & mandatarius: cum conventione de pretio vel premio ad occidendum. Quod & ipse Covarruvias tenuit, in d. Clement. si furiosus, 2. part. in princ.
- 19 num. 9. communi Doctorum sententia subscribendo, quare ab ea non est recedendum. Quod de jure nostro clarior procedit quia in d. l. fin. tit. 27. p. 3. noster Alfonsus non solum loquitur de illa gente infideli, quorum sceleratissimi, assassini vocabantur, sed de quibuscumque aliis hæc parantibus, ut patet
- 20 in Textu, ibi: *Los assassinos e los otros omnes desesperados que matan los omnes por algo que les den*. sicque quaestione de nominibus omnia, ad substantiam rei deveniendum est, nam malitia occidendi pretio, quæ ex insidiis maxima est, puniatur in hoc casu, & sic quoties ea concurrat ad impositionem pœnæ procedere debemus. Cujus rationis vis tanta est, quod negare eam non fuit ausus Petrus Plaça, in d. cap. 19. num. 2. ad fin. & num. 3. in fin. quo legem hanc obscuritatis notat, quæ licet reperiri possit quoad explicationem originis assassinorum, quoad dispositionem nequaquam reperitur.
- 21 Quæ autem sit pœna, per nostras leges facillimè percipi potest tam ex qualitate insidiarum qua comitatur Assassinium, quam ex consuetudine, de qua testatur Farin. d. g. 123. num. 2. quæ apud nos continetur, in l. 12. tit. 13. lib. 8. ordin. junct. l. 10. tit. 23. lib. 8. re-
- 22 copil. nempe quod trahatur ad caudam jumentum, in furca suspendatur, & corpus in frustra scindatur, & in viis publicis membra apponantur, & amittat medietatem bonorum: sic decium in hac specie, eo superaddito quod dextera apponeretur in loco delicti: sententia diei 30. Junii 1665. & executioni mandatum, diei 9. Julii subsequentis: actuario Francisco Gomez.
- 23 In eadem causa impetrabatur Valerio Rapalo, & Bañan Segrovicensi, factum fuisse mediatorem, proxenetam, vel persuasorem hujus assassini, ficiarium querendo ad executionem. Ob quod videbatur puniendus eadem pœna, quia de jure criminis mediator crimen ipsum commisisse videtur, & mediatores 1. de testibus; in 6. ibi: *Mediatores per quos crimen simonia plerumque committitur d. l. nihil interest, ff. ad l. Cornel. de Sicar.*

melior Textus in leg. si ego 6. ff. quod vi aut clam. quo Paulus sic ait: *Si ego tibi mandavero opus novum faceres tu alii non potest videri meo jussu factum: teneberis ergo tu & ille; an ego teneat videamus? & magis est, & me qui initium ei præstitim teneri.* Docent Bartol. in d. l. non solum. § si mandato nom. 13. cum seqq. ff. de injur. & in l. si is qui pro emptore, num. 70. ff. de usucap. Bald. in l. 1. num. 7. Cod. de cad. tollend. Civ. in l. non ideo minus. n. 4. C. de accusat. Plaça; in epit. c. 15. num. 8. Bertazol. conf. crim. 465. n. 29. Guazzini. defens. 28. c. 18. num. 7. Caball. cas. 241. num. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. g. 29. n. 6. pluribus Giurba, d. conf. 7. n. 7. cum seqq. qui num. 21. ad fin. sic decium refert. Quod & decium fuit in Regia Audientia Valentina in causa necis Baltasaris Armania de qua aliqua attrigi, 2. de regimin. cap. 8. §. 2. num. 14. nam in ea fuerant furcis suspensum mandatarii & mediator, & capite plexus mandans, qui nobilis erat. Quod de jure nostro pariter procedit, ex l. 56. styli ubi Paz. schol. 1. num. 2. cum seq. & ex l. 10. tit. 8. part. 7. ubi Gregor. Lopez, pluribus Ant. Gomez, d. c. 3. n. 43. & ibi: Ayllon. Bernard. Diaz, regul. 125. Pichardus, in §. interdum, inst. de obligat. quæ ex delict. nascuntur, & in §. non solum, inst. de injur. Azevedo, in l. 2. tit. 13. lib. 8. recopil. num. 220. & Bobadilla lib. 5. polit. c. 2. num. 52.

25 Sed mitius puniendum Aula decrevit, nam licet hæc vera sint, de interventione istius rei, quoad assassinium non apparebat in actis, nisi per remotas, & debiles præsumptiones: & licet in hoc crimine ob illius atrocitatem, & difficultatem probandi, indicia probabilia sufficiant ad notata per Doctores, in d. cap. 1. de homicid. in 6. de quo latè per Farin. d. quest. 123. ex num. 46. & Giurba, conf. 91. num. 1. cum seqq. adhuc evanuisse videbantur, quia in actis constabat, per eundem mandantem, necem hujus occisi attentatam fuisse per veneni propinationem, ad quod obtinendum huic reo mandaverat venenum querere, propinandum per manus cujusdam amanuentis; qui quidem reus ad necem vitandam loco adamantis crystallum tritum præbuit, ob quod incolumis evaserat tunc; & demùm animum obstinatum in mandante occidendi certens, factum uxori revelavit, quæ cum mandans præsensisset hunc reum vulneravit

vit; ex quibus deprehendebatur nunquam consensum præbuisse ad necem, licet in his voluntariè se immiscuit; & sic extra ordinem puniendum esse apparebat, quia delictum defimitur ex animo ejus quod agitur, l. qui injuria, ff. de furt. l. respiciendum, ff. de pœnis. Ne-gul. conf. 547. num. 17. Anton. Gomez, d. cap. 3. num. 15. Giurba, conf. 14. n. 15. & conf. 16. num. 35. & semper præsumptio capienda est, quæ delictum excludit, l. merito, ff. pro socio, Giurb. conf. 37. n. 37. obvians enim delicto delinquere non dicitur. Sed quia Reus in his atrocioribus voluntariè se immiscuit, & detectio criminis facta fuit nequiter extorquendo pecuniam ab uxore sub prætextu obvians necem atque de ficiariis mentionem faciendo, non carere dolo visum fuit, & sic condemnatus ad pœnam relegatio in Præsidio Africæ per sexennium sent. die 12. Septembris ejusdem anni 1665. confirmata die 18. Octobris, Actuario eodem Francisco Gomez.

CONTROVERSIA XVI.

De minore auxilium cooperativum præstante in homicidio, & latrocinio repentine deliberato, & executo, participando pretium rerum substractarum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Opem præstans in delicto pari pœna puniatur.
- 3 Tenens aliquem, ut alius occidat eadem pœna puniatur.
- 4 Opem præstans in delicto ex prævio tractatu, & deliberatione pari pœna puniatur.
- 5 Pluribus cooperantibus ad delictum omnes censentur principales, & auxiliares reciproci.
- 6 De jure Hispano auxiliares in ipso crimine pari pœna puniuntur.
- 7 Et principales delinquentes reputantur.
- 8 Minores in atrocioribus repentina deliberatione commisi, mitius puniendi sunt.
- 9 Minor ut pœna ordinaria puniatur, D.D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars 1.

debet delictum ex atrocioribus committere ex animi destinatione.

- 10 Deliberatio repentina non potest dici destinatio.
- 11 Quando certus est occisor, auxilium præstans non tenetur pœna ordinaria, maxime si sit minor.
- 12 Auxiliator ut pœna ordinaria plecti possit, requiritur quod delictum consummatum sit, in actu quo auxilium præstitit.
- 13 Si Principalis aliis facturus fuisset, auxiliator non tenetur pœna ordinaria.
- 14 Tenens alicujus manus ita ut non possit defendere se, si occidatur iste, tenens non potest puniri pœna ordinaria.
- 15 Deciso Aula notanda.
- 16 Auctoris sententia in hoc casu.

JOANNES Chico Belga occisus repertus fuit die 18. Martii anni 1661. in agro sito inter hanc urbem & regiam nuncupatam del retro, proximo heremite Divi Blasii, pluribus vulneribus in capite illatis, instrumento contudente, vestibus spoliatus, & propè ipsius cadaver saxa sanguine madefacta, quibus ut apparebat percussus fuit. De hoc crimine impetrabatur Francisco Ramirez panniculorum lector, nostro idioma Trapero nuncupatur. Legitimis præcedentibus iudiciis, fuit quaestioni suppositus, & ad conspectum tormentorum, confessus fuit, se cum aliis tribus, qui in delictu nomina dederant, hora undecima noctis præcedentis, per agrum deambulantes, occisum dormientem invenisse; quibus visis eum occidere & bonis spoliare decreverunt: sed quia armis carebant, saxi dormientem in capite alii percusserunt, & ipse brachium occisi tenuit dum ab aliis vulnerabatur. Sic percussus & ferè exanimem bonis spoliatus reliquerunt: & postea die ad crepusculum socii redierunt, & cum adhuc viventem invenissent, eisdem saxi homicidium consummaverunt, ac demùm bonis venundatis se participasse pretium.

Qua pœna puniendus esset disceptabatur; & pœna ordinata grassatoris puniendum esse suadebant juri pluri-motum expressæ decisiones. Nam et si auctor hujus criminis non dicatur, ad minus præstans opem, & auxilium cooperativum

perativum erat qui pari poena puniendus est, l. in furti actione 50. §. 1. ff. de furtis, ibi: *ope, consilio furtum factum Celsum ait, non solum si idcirco fuerit factum, ut socii furarentur, sed & si non ut socii furarentur, inimicitiarum tamen causa fuerit.* Et §. consilium vers. *opem*, ibi: *Opem fieri qui ministerium, atque adiutorium ad subripiendas res prebet. Melior ad rem Textus, in l. item Mela, §. si alius, ff. ad leg. Aquil. ibi: si alius tenuit, alius interemit quasi causam mortis prebuit in factum actione tenetur. Quod in omni delicto procedit l. is qui opem, ff. de furt. l. is cuius ope 14. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. 3. in princ. l. nihil interest, ff. ad leg. Corneli. de Sicar. l. utrum, ff. ad leg. Pompei de parric. l. si sciens, ff. eod. l. prator ait 4. §. si cum servum, ff. de vi bonor. raptor. l. 1. §. incidit, ff. ad turp. l. 1. Cod. de rapt. virg. l. si quemquam, C. de Episcop. & Cleric. §. interdum insit. de oblig. que ex delict. nasc. Et de iure Canonico, c. notum 2. quest. 1. c. sicut dignum, §. illi qui autem, cum §. seq. de homicid. cap. 1. de off. delegat. cap. Felicis de Paris in 6. Clem. 1. de poenit. Bartol. in d. l. is qui opem, n. 5. ff. de furt. Baldus, in leg. non ideo minus, col. 3. C. de accusat. Cyn. in l. 1. C. de Nili agger. non rump. Clar. in §. fin. quest. 90. n. 1. & 2. ubi Bajard. Nata consil. 458. n. 9. Berolius, consil. 192. num. 8. vol. 2. Boerius decis. 167. num. 3. Maceratenf. lib. 3. resol. 10. num. 1. Surdus cons. 40. num. 45. Sesse decis. 212. n. 15. cum seqq. Menoch. de arbitrar. cas. 349. num. 3. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 1. de homicid. num. 54. Guazzin. defens. 33. cap. 10. num. 1. Farin. quest. 131. n. 1. pluribus relatis Giurba, cons. 2. n. 50. & consil. 4. num. 1. Joann. Bapt. de Thoro, in comp. decis. tom. 3. verb. assistens homicidio, vers. ex adverso, quo sic decisum testatur in fin. Cacher. decis. Pedem. 80. Novar. ad prag. Neap. tit. de assasin. prag. 2. collectam. 3. num. 5. Ant. Matt. d. lib. 48. ff. tit. 5. cap. 1. numero 3. in princ.*

4. Quæ quidem absque difficultate procedunt, præsertim quando opem præstans fuit in tractatu ab initio, & postea in actu delinquendi opem præstitit principali, licet appareat ipsum non percussisse, ut in hac specie sic tenuerunt Nata d. cons. 458. Guazzin. d. c. 10. num. 5. Clar. d. quest. 90. num. 1. Ponte de potest. Prærog. tit. 1. §. 3. n. 54. Caball. cas. 192. num. 1. Farin. d. g. 131. num. 8. & Giurba, d. cons. 2. num. 51. Imò quando sunt

plures associati, & præcedente tractatu delictum ab aliquibus perficitur, omnes principales delinquentes reputantur, & reciproci auxiliatores, pluribus relatis ubi prox. num. 4. Giurba, pluribus relatis ibid. num. 52. Et sic omnes æqualiter tenentur ad poenam criminis ordinariam. Sed hic reus in tractatu grassandi, & occidendi interfuit à principio, simul cum aliis deliberando necem, & latrocinium; & postea non solum adfuit, sed manus apposuit, brachium occidit tenendo, ut defendere se non posset, & facilius ab aliis percueteretur, & denique pretium rerum furatarum participavit: Ergo principalis delinquens reputandus erat, cum percussoribus, & æquali poena puniendus.

Quod de iure nostro Hispano procedere clarè videtur per Text. in l. 18. tit. 14. part. 7. ibi: *essa mesma pena deve pechar a quelque le dio confesso o es fuerço el ladron que sciessse el furto.* Text. in l. 10. tit. 8. eadem part. ibi: *deve haver pena por illo tambien como si el mesmo mataste:* loquitur hic Alfonso de ministrante arma ad necem, Text. in l. 3. tit. 20. ead. p. ibi: *e la pena que diximos de suso que deve haver el que forçasse alguna de las mugeres sobre dichas, essa mesma deven haver los que le ajudaron à sabiendas.* Gregor. Lopez in d. l. 10. Gloss. 13. & in d. l. 10. Gloss. 11. Paz. ad leg. 56. styl. num. 5. Ant. Gomez, d. lib. 3. var. c. 3. num. 48. (& ibi Ayllon) vers. *advertendum tamen.* Covarr. in Clement. si furiosus, p. 2. §. 2. ex num. 2. Plaça in epit. delictor. p. 2. 16. num. 2. vers. *secundo quidam casu.* Azvedo, in l. 2. tit. 13. lib. 8. recopil. n. 98. Vela de poen. delictor. c. 29. n. 20. vers. & hæc eadem poena, Solorzano, de parricid. lib. 2. cap. 15. in princ. Quorum plures, præsertim Ant. Gomez docuerunt opem præstantes in ipso actu delinquendi, principales esse: ex quibus poena ultimi supplicii puniendum aliquibus ex Dominis videbatur.

At mitior sententia ab aliis amplexa fuit, Primò, quia licet hæc vera essent, Reus minor viginti quinque annis reperiebatur, & crimen licet ex atrocioribus esset, non fuit præmeditatum, sed repentinè admissum, & credendum erat per minorem id factum potius ex levitate animi quàm ex dolo, quo in casu mitius puniendum esse iura cuncta clamant. l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. l. ferè in omnibus 108. ff. de regul. iur.

iur. cum aliis adductis supra controvers. 8. num. 6. cum sequentibus præcipuè numero 17. quo interpretata fuit dict. l. ferè in omnibus, cum Jacobo Cujacio docente quod in delictis quæ non fiunt ex animi destinatione minori succurritur poenam temperando: & licet nostra iura majori decem & septem annis imponi posse poenam ordinariam disponant, ut dixi ibidem, tamen hoc arbitrium est in iudice ex doctrina Originali Ant. Gomez d. lib. 3. cap. 1. n. 63. vers.

10. *sed hodie cum aliis adductis d. controvers. 8. num. 2.* Et quamvis delictum de quo agitur, fuisse ex atrocioribus, tamen plures concurrerant rationes ad temperandam poenam, & extendendum arbitrium favore Rei, Quarum prima ea erat quod crimen non fuit præmeditatum prævia, & diuturna animi deliberatione, sed repentinè admissum, quod in minori potius tribuendum erat fragilitati, & impudentiæ, & sic succuri ei poterat, ut dictum est ex doctrina Jacobi Cujacii, & aliorum. Secunda quod minor non fuit percussor principalis, & quando occisor est certus, ceteri non tenentur ad poenam delicti ordinaria, sed extra ordinem, probant Cavalcan. de brachi. reg. part. 4. num. 185. Clar. dict. quest. 90. num. 8. Carret. in pract. tit. de homicid. §. circa testium, Boët. dict. decis. 167. num. 5. & seqq. Guazzin. dict. cap. 10. num. 5. & si in aliquo ex reis deliberatè delinquentibus hæc doctrina admittenda esset, maxime in minori, qui potius fragilitate quàm dolo deliquisse dicendum est. Tertia quia ad hoc ut auxiliator poena ordinaria puniri possit, requiritur quod delictum consummatum sit, ut tenuit Gloss. in leg. sed & divorit, ff. rer. amot. Baldus in leg. 1. num. 8. cod. de serv. fugit. Plaça in epitom. delictor. dict. cap. 16. n. 8. Sed in hoc casu delictum principale quod erat homicidium, non fuit consummatum in actu quo hic reus opem præstitit: nam semivivus relictus fuit, & vivus remansit usque ad diem sequentem, quo ceteri infesto reo consummaverunt homicidium: ergo non fuit auxiliator necis, sed vulnerum, & latrocinii, & sic mitius puniri debebat.

11. Et quia auxiliator in ipso delicto pari poena punitur quando deficiente illo auxilio delictum cessaret, at vero quando principales sine illo auxilio facturi erant, mitius puniendus est.

12. Quæstio hæc meo iudicio difficilissima est, & in puncto juris, prima sententia verior, quia iura aperte auxiliatorem in ipso actu delinquendi ex consilio deliberato, principalem esse aperte dicunt, & in specie delinquentis dum alius interimit; sic docet Ulpianus in dict. leg. item Mela, §. si alius: & cuncti Doctores doctrinam Bartoli sequuntur posita prævia deliberatione: & ratiope minoris ætatis subventidum non esse in atrocissimis probavi dict. controvers. 8. num. 7. cum seqq. hoc enim crimen atrocissimum erat, nam dormientem, indefensum, atque securitate Curia stertentem, requirit occiderunt, & crudelius bonis spoliaverunt, absque alia causa quàm deprædandi, quod crudelissimum est. Secunda sen-

13. Marfil. in l. si in vicia, num. 30. vers. ibi postea limitat. ff. ad leg. Connel. de sicar. Sa licetus in l. v. r. de raptor. in gin. colum. penult. Muscaltell. in pract. delict. tit. de poen. assasi. num. 26. Grammat. cons. 45. num. 51. Osaucus decis. 29. ad fin. Menoch. de arbitrar. d. cas. 349. n. 30. Paz. ad l. 56. styl. n. 14. Clar. g. 39. n. 7. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 159. n. 25. Giurba. d. cons. 2. n. 25. Guaz. d. cap. 10. n. 2. Thefaur. quest. for. 46. n. 3. lib. 1. Farin. g. 130. n. 44. Cabal. de homicid. n. 122. Sed Authores huius eriminis verisimiliter facturi erant sine ope, & auxilio huius rei, prout effectivè necem consummarunt sine ipso, ergo non tenebatur poena ordinaria, sed mitiori.

Tertiò, quia ille qui aliquem detinet illum à tergo amplexans, vel tenens manus (idem dicendum erit de tenente brachium, ut in hoc casu) ita ut non possit defendere se, si ab alio occidatur, ille detinens non est propriè occisor, licet pro homicidio puniatur, ut tenuit Florian. in d. l. item Mela, §. si alius, ad fin. ff. ad leg. Aquil. quo in casu Gregorius Lopez in l. 2. tit. 8. part. 7. gloss. 5. ad med. tenuit puniri mitius ibi ferè intelligitur qui tenuit hominem quem alius interemit, l. qua actione, §. proinde, ff. ad leg. Aquil. & eodem titulo, l. item Mela, §. si alius, puniatur ergo utens clypeo non poena ordinaria, sed arbitraria, secundum Doctorem Palacios Rubius, & puniunt extra ordinem tradit Joannes Baptista de Thoro in compendios. decision. tom. 3. verb. Auxilium præstare an dicatur: igitur, non poena ordinaria sed extra ordinem puniendum videbatur.

Quæstio hæc meo iudicio difficilissima est, & in puncto juris, prima sententia verior, quia iura aperte auxiliatorem in ipso actu delinquendi ex consilio deliberato, principalem esse aperte dicunt, & in specie delinquentis dum alius interimit; sic docet Ulpianus in dict. leg. item Mela, §. si alius: & cuncti Doctores doctrinam Bartoli sequuntur posita prævia deliberatione: & ratiope minoris ætatis subventidum non esse in atrocissimis probavi dict. controvers. 8. num. 7. cum seqq. hoc enim crimen atrocissimum erat, nam dormientem, indefensum, atque securitate Curia stertentem, requirit occiderunt, & crudelius bonis spoliaverunt, absque alia causa quàm deprædandi, quod crudelissimum est. Secunda sen-

teñtia benignior erat, & secundum eam fuit decem reum condemnando ad poenam ducentorum verberum, & remigii per decennium sententiã diei 30. Junii ejusdem anni. Actuatio Francisco Manzano. Ego enim quamquam decisionem semper veneratus sim, pro prima calculum posui, quia Flor. Thor. & Gregorius Lopez in diverso casu extra ordinem puniendum dicunt, nempè quando nullo præcedente tractatu, quis ex duobus rixantibus unum detinet, & interim indefensus occiditur, quod est valde divertum; & delictum hoc consummatum videbatur, cum sic vulneratum ex primis percussionibus reliquissent, ut impossibile esset quod ab ipsis vulneribus evaderet, ab undecima hora, nempè nocturna usque ad auroram in agone positus, sensibus omnibus privatus permanfit, quare potius cadaver quam homo dici poterat; quid in simili dicendum sit ex dictis facile deprehendere potes.

CONTROVERSIA XVII.

De carceris effractore eximente reos homicidii insidiosè per conspirationem seditionem & tumultum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species exaratur, & n. 2.
- 3 Effractores regulariter extra ordinem puniendi sunt.
- 4 Pœna capitalis de qua in l. ff. de effractoribus, & aliis iuribus, non intelligitur de morte naturali, sed civili.
- 5 In penalibus mitior sententiã amplecti debet.
- 6 Seditiones concitantes, qua pœna puniantur quando non est contra principem, vel statum Reipublice.
- 7 Seditiosi hoc in casu non tenentur pœna ultimi supplicii.
- 8 Seditionem concitantes per leges Hispaniã pœna deportationis, qua est legis Julii de vi publica, puniuntur.
- 9 Effractores à jure pœna capitali puniendos verius est.
- 10 Effractores non solum dicuntur rei fugientes à carceribus eis effractis, sed auxilium, vel opem præstantes.
- 11 Carceres loca sacra dicuntur.

- 12 Loca sacra violantes pœna capitali plectuntur.
- 13 Pœna hæc capitalis, mortis naturalis est verè.
- 14 Maximè si ex effractione sequitur vulnus, vel alia injuria custodum.
- 15 Eximenes carceratum convictum, confessum, vel condemnatum de crimine capitali, pœna legis Julii majestatis tenentur.
- 16 Emendatio Dionysii Gotsfredi in leg. 4. §. 1. ff. ad leg. Jul. majest. rejicitur.
- 17 Liberare reum convictum, confessum, vel condemnatum de crimine capitali solius Principis est.
- 18 Liberans reum similis delicti, majestatem violat, usurpans potestatem quam non habet.
- 19 Condemnatio non est necessaria ad violandam majestatem, sufficit de proximè condemnandum, quod evenit si reus convictus vel confessus sit.
- 20 Quæ procedunt in carcerato pro quocumque crimine, & jussu cujusvis judicis.
- 21 Judices ordinarii locorum domini particularis Magnatis, Regiam jurisdictionem exercere dicuntur.
- 22 Regis est omnis jurisdictio temporalis Regni, licet exercitium in dominium alteri concessum sit.
- 23 Eximenes carceratum de jure Hispano tenentur eadem pœna, qua tenebatur reus exemptus.
- 24 Eximenes carceratum, convictum, vel confessum, vel condemnatum de crimine capitali, pœna criminis læsæ majestatis teneri, plures Doctores Regni tenuerunt.
- 25 An ad incurrendam pœnam læsæ majestatis requiratur de jure Hispano, quod reus pro eodem illo crimine detineretur.
- 26 Occidens aliquem insidiosè, pœna ultimi supplicii tenetur.
- 27 Ut pœna pari puniatur eximens carceratum, non requiritur quod jussu judicis supremi Principis detentus sit.
- 28 Eximens homicidam, quamvis homicida non sit, tamen puniatur pœna eadem ac si fuisset.
- 29 Concitator seditionis, & tumultus, pœna legis Julii majestatis tenetur.
- 30 Concitans ex privata inimicitia seditionem, vel tumultum, quamvis non teneatur pœna legis Julii, capitaliter plectitur.

31 Præfer

- 31 Præferim si fuerit auctor seditionis & tumultus.
- 32 In criminibus per multitudinem patris, metus ad omnes, ad paucos pervenire debet pœna.
- 33 Pluribus seditionem facientibus auctores capite puniendi sunt, ceteri extra ordinem.
- 34 Quod procedit in quocumque alio crimine, licet atrocissimo.
- 35 Leges Hispaniã quomodo puniri caveant seditiones & tumultus.
- 36 Assonada quid apud Hispanos.
- 37 Pœna legis Hispaniã coadunationem armatorum puniens procedit alio crimine non secuto.
- 38 Plebeis si in seditione quis occiditur, vel vulneratur, pœna mortis naturalis imposita est per leges Hispaniã.
- 39 Seditio, vel tumultus factus, directe contra justitiã administrationem, non potest dici ex privata inimicitia.
- 40 Seditiosi ut crimen læsæ incurrant sufficit quod contra statum insurgant, licet non in personam Principis.
- 41 Seditiosi licet solum teneantur pœna legis Julii de vi publica ex circumstantiis aggravantibus possunt capitaliter plecti.
- 42 Aggressores adium, vel villarum camelo, pœna capitali plectuntur.
- 43 Decisio hujus causa.

VILLA de Escalona Metropolis illius Ducatus, celebrabat taurorum ludum die 7. Augusti anni 1661. plures ex villa de Nouvela spectatum venerunt, & cum inter ipsas villas æmulatio, & contentiones quotidie experirentur, quia recenter hæc ab illius jurisdictione exempta erat, præmeditè, ut ex gestis apparuit, Didacus Ximenez Nombelenfis tres tauròs in tempektivè necaverat, quod factum fuisse Escalonitæ crediderunt, suam auctoritatem contemnendo. Didacus del Valle Escalonita, & ipsius ludi Præpositus accessit ad Didacum Ximenez, & ipsum monuit quod à facto desisteret; renuente ipso, altercatio inter eos suscitata fuit, ita ut ad pugnam evaginatis ensibus pervenirent; & dum ipsi pugnabant, Lucas Polo Decurio Nombelenfis, ex parte adversa celeriter, currendo, Didacum del Valle à tergo vulneravit, atque occidit. Illic captus cum aliis fuit, in atrio cujusdam Ecclesiæ. Restitutionem judex

Ecclesiasticus, sub censuris postulavit, quas usque ad publicationem ex renitentia judicis ordinarii, appellacione denegata, perduxit. Quare emissio recursus per viam violentiæ ad Regium Pincianum Prætorium, pronunciatum fuit Ecclesiasticum vim intulisse in cognoscendo, & procedendo, cujus censuræ reponi jussum fuit.

Notitia hujus pronunciationis, celeriter delata fuit ad villam de Nombela; cujus incolæ, mediante Joanne Ruiz (qui ex illis erat, & pessimæ qualitatis homo, in villa de Escalona degens) carceris effractionem, reorūque exemptionem tumultuosè decreverunt, quod ad executionem deductum fuit die 3. Octobris subsequenti; hora duodecima nocturna, pluribus illorum coadunatis cum armis, numerum ducentorum excedentibus, qui ad villam de Escalona pervenientes ducente, & auctorante Joanne Ruiz, in suburbio stationem cum jumentis, & commeatu relinquentes, usque ad forum Escalonis penetrarunt fores externas carceris apertas invenerunt, ex depositione dicti Joannis Ruiz, qui lanionem introduxerat, ut prætextu exeundi ad necandos arietes eas aperuit; in carcerem ingressi, januas interiores cum catenis reorum effregerant, custodes percutiendo, focerum occisi vulneraverunt, manum dexteram amputando, ceterosque secum violenter duxerunt, simul cum reis; ne ad notitiam Escalonitarum facinus statim perveniret; & ad propria redeundo in modum triumphi, acclamationibus, & arcabustorum strepitibus maleficium celebrando. Hujus criminis perquisitio, & animadvertio mihi commissæ fuit, & cunctis narratis concludenter in actis comprobatis, inter alios captus fuit Joannes Ruiz, & de crimine confessus.

Dubitabam quæ pœna plectendus esset, & prima facie videbatur extraordinaria pœna multandum; quia licet aliqui ex Doctorebus tenuerint eximenes carceratum eadem pœna puniendos esse, qua exempti plectendi erant, argum. Text. in leg. 1. c. de his qui latron. Bartol. Jason. Berber. & alii relati per Fatim. quest. 30. num. 92. tamen ut ipse subjungit n. 93. cum ipse reus capitali pœna non teneatur, neque adhuc confessus criminis, sed mitiori, judi-

K 4 cis